



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

§. 18. Christus citò vult nos cœlum consequi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

Compelluntur pauperes necessarii, compelluntur multi variis necessitatibus, & oppressionibus, afflicti. S. Bern. lib. sentent.

In paradiso nullus inveniet domum ad quam ascendam, nisi in hoc Mundo sibi edificet. Quidam in partibus Mosellæ, qui plures vivens edificaverat domos, in agone conquestus: plures edificavi domos; utinam parvam unam cellulam edificassetem in caelis! S. Vinc. Ferr. l. 1. fer. 2. post Oculi.

## §. XVIII.

*Citò vult Christus nos cœlum consequi.*

*Exi citò in plateas, & vicus civitatis &c.* Luc. 14. 21. citò inquit, ob maximum de-

siderium, quod ei inest, ut divitiarum suarum thesauris perfruarer. Diez. Diligentia in oper. Virt.

*Domine memento mei &c.* Luc. 23. 42. respond. hodie. Euseb. Emisl. hom. de bono latrone: hodie, inquit. q. d. Quid me o fidelis meus, & unicus tanti triumphis testis, quid me tantoperè exorandum putas? *hodie mecum eris.*

*Ecce venio citò, & merces mea mecum est.* Apoc. 22. 12. Quare citò venis Domine Jesu? certè ut citò remuneret bonos. *Hodie mecum eris in paradiso.* S. Bonav. l. 3. Dom Septuag.

## TITULUS II. CALUMNIA.

**A**rius sortium superatus est. 1. Reg. 2. 4. Propriè arcum vocat linguam mordacem Phenenna; quæ scommata in Aunam, quasi sagittas, jaculabatur. Corn. hic.

*Percusserunt maxillam meam.* Job. 16. 11. Ille dicitur aliquem in faciem percutere, quando ei improprium in facie dicit. S. Thom. hic.

Quisquis calumniis eliditur, vilipenditur; dum vilipenditur, pro vili venditur: quid enim est vilipendere, nisi pro vili vendere? sed fatuus est mercator calumniator, qui carum pro vili pendit, cum Deo charum hominem vilipendit. S. Bonav. in Pl. 118.

Vide plura T. Tribulatio.

## §. I.

*Calumnia affligunt, perturbant etiam Sanctos.*

## Ex Veteri.

**S**amson, Judic. 16. 21. 25. non iniquè tulit catenas, carcerem, cœcitatem; at ubi illud sibi sensit, tunc enimvero credidit se captivum; & vitam pertæsus, perire maluit, quam erubescere. S. Ambr. ep. 70. ad Vigilium: circumagebatur ludibriis, quod duritius, & ultra ipsam captivitatis speciem, tolerabatur: nam mori, naturæ functio; ludibrio esse probro ducitur Oliva l. 4. Strom. §. Fidelis Deus &c.

*Cum audisset, ascende calve, maledixit eis in nomine Domini.* 4. Reg. 2. 23. 24. Qui thesauros Syri Naaman rejecit, 4. Reg. 5. 16. sustinere non potuit puerorum clamores. Quam duritius est rubore regi, quam storeâ! Oliva l. 4. Strom. §. fidelis Deus &c.

*Tunc Tobias ingemuit.* c. 3. 1. Vide hic, quam verum sit illud Eccl. 7. 8. *calumnia conturbat sapientem.* En tibi! cœcitas non tur-

bavit Tobiam, sed conturbavit calumnia uxoris: magis enim offensâ Dei, quam injuria propria eum cruciabat. Corn. hic. Quam durum contumeliam pati, patet Tobia 3. 7. 10. quæ septem virorum necem patienter siccis oculis ferens, ancillæ contumeliâ turbata ascendit in superius cubiculum domus suæ; ibi tres dies egit lacrymis, jejuniis, orationi dedita. Sylv. in Apoc. 2.

*Ladetur, quasi vinea in primo flore botrus ejus, & quasi oliva projiciens florem suum.* Job. 15. 33. Flores vius, vel olivæ, facillè laduntur gelu, aut nimio æstû; ita virtus tenera inter calumnias improborum. De Ponte in Cant. 2. §. 2.

Cum Job in omni calamitate perstaret animosus, dæmon amicos in ejus patientiam armat, & duris illorum verbis pro armis usus, ejus patientiam evertere aggreditur Job. 18. 21. *hæc sunt*, inquit, *tabernacula iniqui & iste locus ejus, qui ignorat Deum;* quibus ictus Job: *usquequò*, inquit, *affligis animam meam, & averteris me sermonibus?* c. 19. 2. Orig. in Cat. Græca: qui corporis cruciamenta toleravit, non passus est verba. Jobus, qui hæc dicit, est athletarum fortissimus, in cujus libro nihil ita eminet, ut ejus fortitudo, ac patientia; labores tamen sentit, quos ex eorum duro sermone, qui ad eum visendi causâ venerant, hauriebat. Chananæ fides laudatur, Matth. 15. 26. quia duris verbis Christi nihil offensâ. Naxera in Jol. 7. §. 38. mitiora ferri, quam linguæ vulnera. S. Greg. l. 2. in Ezech. hom. 19. de Job. Disponente Dominò; consumpti sunt greges, interfecti custodes, everta domus, extincti filii, percussa caro à planta pedis usque ad verticem. Remansit uxor incolumis, quæ verborum jaculis vulnera auget.

*Calumnia conturbat sapientem* Eccl. 7. 8. vis exempla? Moyse fuit irrogata calumnia à Core Dathan, & Abiron; quod ambiret principatum sibi, & Pontificatum Aaroni fratri